

## 200. Verpflichtung des Rektors der Pfarrkirche in Winterthur

### 1505 Dezember 24. Winterthur

**Regest:** Ulrich Graf, Priester der Diözese Konstanz und designierter Rektor der Pfarrkirche in Winterthur, verpflichtet sich vor dem Notar Alban Graf, genannten Zeugen und dem Schultheissen Hans von Sal namens des Rats zur Einhaltung folgender Bestimmungen: Der Rektor soll in Winterthur seinen Wohnsitz haben (1). Er soll die Leutpriesterstelle niemandem länger als ein Jahr übertragen ausser mit Zustimmung des Schultheissen und Rats (2). Er soll die Leutpriesterstelle und die übrigen Pfründen an seiner Kirche, die seiner Kollatur unterliegen, nur den Kandidaten übertragen, die Schultheiss und Rat gewählt haben (3). Er soll die Kapläne, Altaristen, Terminarier und Priester bei ihrer Stellung und alle geistlichen Personen beiderlei Geschlechts in der Stadt im Besitz ihrer Einkünfte, Rechte und Gewohnheiten belassen (4). Er soll auf Bitten des Schultheissen und Rats dem Kaplan des St. Sebastian-Altars in seiner Kirche erlauben, die ihm erteilten Spenden an sich zu nehmen (5). Wenn Schultheiss und Rat dem Rektor einen Aufenthalt ausserhalb der Stadt genehmigen, haben sie als rechtmässige Verwalter die Vollmacht, an seiner Stelle alles zu regeln, was sich auf ihn im Namen der Pfarrkirche oder der Pfründeninhaber bezieht. Der Rektor ist verpflichtet, ihre Anordnungen einzuhalten (6). Er soll die Rechte und Gewohnheiten des Kirchenbaufonds wahren (7). Er soll jedes Jahr auf eigene Kosten eine geschmückte Osterkerze an dem gewohnten Ort in der Pfarrkirche aufstellen (8). Er soll den Schultheissen, die Räte und die Einwohner sowie die Stadt nicht an ihren Rechten, Privilegien, Gnaden, Gewohnheiten und Statuten beeinträchtigen oder diesen zuwiderhandeln (9). Der Notar Alban Graf von Winterthur, Priester der Diözese Konstanz, beglaubigt das Instrument mit seinem Notarzeichen unter Nennung der Zeugen Benedikt Landenberg und Johannes Färber, Kapläne an der Pfarrkirche in Winterthur.

**Kommentar:** Das Patronatsrecht, die Befugnis, die Pfarrstelle in Winterthur zu besetzen, ging 1467 mit der Übertragung der Stadtherrschaft von den Herzögen von Österreich an Bürgermeister und Rat von Zürich über. Schultheiss und Rat von Winterthur behielten sich jedoch eine gewisse Aufsichtsfunktion vor. So mussten die Rektoren der Pfarrkirche ihnen gegenüber die Einhaltung ihrer Pflichten zusichern, vgl. SSRQ ZH NF I/2/1, Nr. 30.

In nomine domini amen.

Serie presentis publici instrumenti universis et singulis, quibus nosse fuerit oportunum et quos presens negotium quomodolibet concernit, pateat evidenter et sit notum, quod sub anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo quinto, inditione octava, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Julii divina providentia pape secundi anno tertio, die vero mercurii vicesimaquarta mensis decembris et hora quasi vespere in oppido Winterthur Constantiensis diocesis et ibidem in pretorio, in stuba posteriori eiusdem pretorii, in qua celebrari consueverunt consilia a sculteto et consulibus eiusdem oppidi, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia personaliter constituti honorabilis dominus Ulricus Graf, presbyter dicte Constantiensis diocesis, rector ecclesie parochialis sancti Laurentii predicti oppidi Winterthur (sed nondum in ipsius ecclesie corporalem possessionem missus), ex una et validus ac sapiens Johannes de Sal, scultetus iamdicti oppidi, tamquam scultetus nomine suo necnon providorum ac circumscriptorum virorum consulum eiusdem oppidi partibus ex altera.

Ubi tunc prefatus dominus Ulricus Graf per dei gratiam corpore et mente, prout adapparuit, sanus, non vi aut metu coactus seu dolo et fraude sinisteris

circumventus, sed sponte et libere ac ex certa scientia, matura etiam deliberatione desuper, ut ait, prehabita, publice et expresse fatebatur, dixit, proposuit et recognovit, se cum prememoratis dominis sculteto et consulibus dicti oppidi Winterthur suo et omnium ac singulorum, quorum interest, loco et nomine  
5 de omnibus et singulis infrascriptis punctis, de quibus etiam certificatus esset, ita quod non per errorem ductus, spontanee et amicabiliter, concordasse, eademque omnia et singula, prout infra specificantur et subscribuntur, solempni ac corporali iuramento iuravit et promisit presentique instrumento promittit se facere, adimplere et observare, ipsaque rata, grata atque firma habere et eis  
10 cum effectu satisfacere eisque in nullo contravenire velle per se nec per alium in iudicio vel extra, quibusvis ingenio et colore quesitis seu querendis.

[1] Primo videlicet, quod idem dominus rector deinceps in dicto oppido Winterthur personalem faciat residentiam, nisi inducias a sculteto et consulibus iamdicti oppidi pro tempore existentibus super hiis obtinere valuerit.

15 [2] Item quod plebanatum ecclesie sue prefate in Winterthur numquam alicui alteri conferat, plusquam ad unius anni spacium, nisi istud fiat cum expresso consensu et voluntate sculteti et consulum suprascripti oppidi Winterthur pro tempore existentium.

[3] Item quod eundem plebanatum et ceteras prebendas sepenominati oppidi Winterthur in ecclesia sua preacta ad ipsius collationem spectantes, totiens  
20 quotiens oportunum fuerit, conferat personis legalibus illis dumtaxat, quos scultetus et consules prementionati pro tempore existentes ad hoc duxerint eligendos, et nullis aliis.

[4] Item quod omnes capellanos ac altaristas, terminarios et presbyteros comparationibus suis ipsosque et quascumque alias religiosas personas utriusque  
25 sexus, cuiuscumque conditionis, ordinis seu status fuerint, in prefato oppido Winterthur commorantes usufructibus, iuribus et consuetudinibus suis hucusque ad ipsos introductis frui et gaudere permittat.

[5] Item quod ad preces dictorum sculteti et consulum oppidi prefati capellanum altaris sancti Sebastiani in dicta sua ecclesia pro tempore existentem  
30 oblationes sibi factas libere imbursare permittat.<sup>1</sup>

[6] Item si ipsum aliquando de consensu et voluntate ipsorum sculteti et consulum abesse seu in personali residentia dicte sue ecclesie non existere contingat, quod extunc iamdicti scultetus et consules oppidi predicti pro tempore  
35 existentes semper tamquam et prout legitimi procuratores, quos etiam ut sic ad hoc constituebat, plenariam debeant habere auctoritatem et potestatem, omnia et singula ad eundem rectorem nomine et occasione dicte ecclesie sue aut prebendarum eiusdem ecclesie aut alio quovismodo spectantia ipsius loco et nomine, taliter qualiter tunc eis videbitur, expedire disponendi, ordinandi et  
40 perficiendi. Et quod ut sic per eos gesta, disposita et ordinata rata, grata atque firma tenere debeat atque velit.

[7] Item quod fabricae dicte ecclesie sue in Winterthur eiusque iuribus et consuetudinibus in nulla parte detrahere aut derogare velit aut presumat.

[8] Item quod singulis annis sub expensis suis unum cereum paschalem ornatum, prout moris est, in ecclesiam suam predictam dare et ad locum suum consuetum ordinare debeat atque velit.

[9] Item quod scultetum et consules ac oppidanos sepedicti oppidi ipsumque oppidum Winterthur omnibus et singulis suis iuribus, privilegiis, gratiis, consuetudinibus et statutis pacifice et quiete frui et gaudere permittat eis in eisdem vel aliquo eorundem nullo modo derogare, detrahere aut contraire velit aut presumat, dolo et fraude in hiis omnibus penitus circumscriptis, adhibitis in hiis et circa ea verborum et gestuum solemnitatibus solitis et consuetis.

Super quibus omnibus et singulis premissis prefatus Johannes de Sal scultetus nomine quo supra, ut unum vel plura conficerem et confecta sibi traderem publicum instrumentum vel publica instrumenta, me notarium publicum infra-scriptum debita cum instantia requisivit. Que acta sunt anno domini, inditione, pontificatu, mense, die, hora et loco, quibus supra, presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Benedicto Lanndenberg et Johanne Ferwer, capellanis sepedicti oppidi, testibus ad premissa specialiter vocatis et requisitis.

[Unterschrift:] [Notarzeichen] Et ego, Albanus Graf de Winterthur, presbyter Constantiensis diocesis, sacris apostolica et imperiali auctoritatibus publicus notarius quia premissis omnibus et singulis dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, idcirco presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis ac consuetis signavi in fidem, robur et testimonium omnium et singulorum premissorum vocatus et requisitus.

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 18. Jh.:] Des kilchherren Ulrich Grafen instrument, dem raht zu Winterthur gegeben, anno 1505

**Original:** STAW URK 1896; Alban Graf, Notar; Pergament, 44.5 × 43.5 cm.

<sup>1</sup> Am 4. Oktober 1482 verzichtete Rektor Peter Kaiser auf die Opfergaben am Altar des heiligen Sebastian zugunsten einer Pfründe und Kaplanei für die Sebastianbruderschaft, die von den Schützen und anderen geistlichen und weltlichen, adligen und nichtadligen Personen in Winterthur gegründet worden war. Er behielt sich vor, an diesem Altar jeweils eine Messe für die Schützen am Tag des heiligen Sebastian, für die Rebleute am Tag des heiligen Urban und für die Schmiede und ihre Bruderschaft am Tag des heiligen Eligius zu zelebrieren und die Opfergaben an sich zu nehmen (STAW URK 1526). Zu diesen Bruderschaften vgl. Illi 1993, S. 129; Ziegler 1933, S. 23-24, 26.